



1780.

I. N. J. F. D. J. S. M.
DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA,
DE
SUBSIDIARIA
ECCLESIARUM
REPARATIONE,

6089
Me
1702 5^a
19

juncta analysi
Cap. de his IV. extra de Eccles. Ædif. vel Repar.

Quam
ADSPIRANTE DIVINA GRATIA

Ex Decreto & Auctoritate

MAGNIFICI, NOBILISSIMI & AMPLISSIMI
J:CONSULTORUM ORDINIS

In Illustri Argentoratensium Universitate

PRÆSIDE

DN. VLRICO MARBACHIO,

U. J. D. Codicis & Feudalium P. P. Ord.

& Facult. Juridicæ Seniore,

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure Honores & Privilegia

Doctoralia legitime consequendi,

SOLENNI Eruditorum Examini

submittere voluit

HENRICUS SAINCTLO, Selestadiensis,

D. 20. M. Decembris A. O. R. M DCC II.

Horis locoque solitis

ARGENTORATI,
Ex Officinâ JOSIÆ STÆDELII, Acad. Typogr.

INSTITUTIONES MATHEMATICAE PERIODICA
SERIES DIARIA
ECCLESIASTICUM
REPARATIONE

ADVERSUS OMNIA
ANNO DOMINI 1711

PRO LICENTIA
HENRICH SÄNDLER

PRO LICENTIA
HENRICH SÄNDLER

PRO LICENTIA
HENRICH SÄNDLER

PRO LICENTIA
HENRICH SÄNDLER

PRO LICENTIA
HENRICH SÄNDLER





I. N. D. N. J. C.



djuvante Cœlesti Nu-
mine, exantlatis in utro-
que Jure, CIVILI & CA-
NONICO, Examini-
bus consuetis, à Magnifico Ju-
risconsultorum Ordine honorificam con-
scribendi Disputationem Inauguralem,
Eandemque sub Præsidio habendi licen-
tiam obtinui. Materiam ex rebus quoti-
dianis eligere constituens, præ aliis (*ac-
cidente amplissima Facultatis consensu*) de *Sub-
sidiaria Ecclesiarum Reparatione*, occasione
*cap. de His. 4. extr. de Eccles. adif. & Repa-
rand.* disputare & quasdam positiones ex
nobilissimo hoc argumento solenniter pro-
ponere placuit. Constat siquidem, mul-
tis ædibus sacris, partim vetustate, partim
casu aliquo fortuito, partim bellorum cla-
dibus

dibus ruinam minitantibus vel planè e-
 versis, tam in Alsatia, quam aliis Regnis &
 provinciis, magni momenti quæstionibus
 ansam dedisse. Vix enim quenquam vi-
 debimus, qui non ab hoc Reparationis Ec-
 clesiarum onere cum jactura proximi se
 eximere studeat. Faciunt hoc plerumque
 parochiani, qui nunquam non de contri-
 butionis onere ad piam causam conque-
 runtur, ac quovis modo id evertere con-
 tendunt. Non me latet, controversias
 plures jam amicali compositione è renata,
 aliàs sententia Judicis decisas esse. Tutis-
 simum mihi videtur, in his causis Eccle-
 siasticis *præcipuam justitiæ equitatisque,*
quam stricti juris habere rationem, qua ob-
 servata, nemo erit, qui non probabit, hanc
 esse justitiæ, quæ suum cuiq; ita tribuit, ut
 non distrahatur ab ullius personæ justiore re-
 petitione. DEUS divina sua gratia mihi
 adsiltat, studiis benedicat, & ultimum So-
 lennis examinis actum ad finem optatum
 deducat.

CAP. IV.



CAPUT IV.

*De Ecclesiis edificandis
vel reparandis,*

His verbis in Jure Canonico,
Editionis vulgaris, qua utor,
invenitur.

*Rectores Ecclesiarum possunt compelli, ut
de redditibus, qui supersunt teneantur conferre
ad constructionem seu reparationem
Ecclesie*

IDEM *Lexovienſi Episcopo.*

DE HIS, QUI PAROCHIALES EC-
CLESIAS HABENT, DVXIMVS
RESPONDENDVM, QVOD AD
REPARATIONEM ET INSTITV-
TIONEM ECCLESIA RV M COGI
DEBENT, CVM OPVS FVERIT,
DE BONIS, QVÆ SVNT IPSIVS
ECCLESIAE, SI EIS SVPERSVNT,

CONFERRE, VT EORVM EXEM- PLO CÆTERI INVITENTVR.

Juxta communem Interpretationem ex hoc textu talis deducitur assertio & summa, *Habentes parochiales Ecclesias tenentur, si possunt, ad subsidiariam earum reparationem.* Probant eam ulterius *cap. omnes 3. de consecrat. distinct. 1. cap. fin. de his, quæ fiunt à major. part. capit. Concil. Emeritan. can. 16. ad finem.* ibi: Omnes verò supradicti presbyteri, qui virtutem habuerint, Episcopo suo placitum faciant, ut reparare Ecclesias sibi commissas intendant: quod si facere distulerint, ab Episcopo suo districti Ecclesias sibi creditas, ut ratio petmittit, dignè reparent. Ecclesiæ tamen, quæ mundiales res nullas habent, sollicitudine, intentione & dispositione Episcopali, ut ratio permiserit, habeant reparationem, *Francosfurt. can. 26.* Ut domus Ecclesiarum & regumenta ab Eis fiant emendata, qui beneficia exinde habent. *Concil. Tolentan. 16. in epistol. Regis, Flavij Egice, column. 1. Concil. Roman. sub Eugenio II. can. 15.* ibi: De Destructis Ecclesiis, ut ab eis, qui eas possident, reedificentur: & si non sufficiunt, à populo adjuventur. *Concil. Tullens. part. 2. cap. 11.* ibi: Ut Ecclesiæ sarcientur, vel restaurentur in ædificiis, ab eis, qui earum rebus utuntur, aut ab unoquoque tale ex eorum familia præbeatur adjutorium, per quod; si fieri potest, reedificentur. Indignum est enim, juxta historiam, Domino per Prophetam reprobante, nos in domibus laqueatis habitare & domos DEI esse desertas. *Trident. sess. septim. de reformat. cap. 8. Add. Eman. Gonzales in Comment. ad hunc textum, ubi tam legem in Hispania consonantem, II. tit. 10. partis. 1. quam Dd. plures illustres allegat.*

POSIT. I.

POSITIO I.



Ad clariorem facilioremque Capituli nostri quarti interpretationem & analyfin, argumenti totius descriptionem qualemcunque præmittere, eandemque nonnullis thesibus exponere, necessarium mihi visum est. *Subsidiaria Ecclesiarum reparatio est obligatio, qua illi, qui parochiales Ecclesias, vel beneficia ecclesiastica habent, cum opus fuerit, ad restaurationem & emendationem Ecclesiarum, de bonis, qua sunt ipsarum Ecclesiarum, & eis supersunt, conferre tenentur, & qua id recusantes competentibus remediis coguntur.*

*Definitio
in qua
consider.*

POSITIO II.

Hæc definitio constat ex *definito* & *definitione ipsa*. Illud est *Subsidiaria Ecclesiarum Reparatio*. Dicitur (1.) *Subsidiaria*, quod nempe hæc obligatio in subsidium, deficientibus nempe ordinariis ad fabricam destinatis redditibus, detur, quemadmodum apud *Livium lib. 9. cap. 27.* Subsidiariæ cohortes. *lib. 2. cap. 20.* Subsidiarij (scilicet milites) & *lib. 9. cap. 30.* acies Subsidiaria appellantur. Et in jure civili Subsidiaria actio ea vocatur, quæ in extremum subsidium, excussis tutoribus, & fidejussoribus eorum, adversus magistratus, qui tutores dederunt, pupillo competit. *Vid. §. 2. Inst. de satisfdat. l. 1. princ. & §. 4. ff. de magistrat. conven. l. 5. C. eod.* (2.) *Ecclesia*, ratione vocis Græca est, & dicitur ab *ἐκκαλεῖν*, evocare. Accipitur vel *proprie*, & quidem vel *generaliter*, & pertinet ad omnem congregationem & cœtum, sic dicebatur Athenis cœtus convocatus ad audiendum de Reipublicæ negotiis. *Specialiter*, apud Christianos denotat *latè* societatem externam visibilem, ratione loci, unam, unitate per

aggre-

aggregationem, qualis est unitas agri ex tritico & zizaniis, sive ex vivis & mortuis membris constantem. *Matt.* 18. *vers.* 17. *Actor.* 5. *vers.* 11. *cap.* 7. *vers.* 38. *cap.* 8. *vers.* 1. & 3. *Roman.* 16. *v.* 1. 4. & 5. *Vid. Can. Ecclesia.* 8. *de consec. dist.* 1. *can. legimus.* 24. *fere in med. dist.* 93. *l.* 4. 5. 7. 8. 11. & 13. *C. de S. S. Eccles.* *strictè* societatem invisibilem, internam fidei & spiritus, unam in se ex solis vivis membris existentem *Vid. Matth.* 16. *vers.* 18. *ad Ephes.* 5. *v.* 25. & *seqq. Coloss.* 1. *v.* 18 & 24. 1. *ad Timoth.* 3. *v.* 11. *can. & hoc.* 9. *vers.* *nunc autem.* *caus.* 16. *quæst.* 7. *can. loquitur.* 18. *caus.* 24. *quæst.* 1. & plerumque militantem, nonnunquam triumphantem significat. *ad Hebræos.* 12. *v.* 22. & 23. *Improprie,* nomen Ecclesiæ notat locum, ubi congregatio fit, per figuram continentis pro contento, ut *apud Divum Paulum* 1. *ad Corinth.* 11. *v.* 23. nempe pro ædificio, seu templo. *can.* 3. *can. de fabrica Ecclesiæ.* 24. *can. Ecclesiæ.* 20. *cap. concedimus.* 30. *de consec. l.* 1. *C. de S. S. Eccles. Nov.* 131. *cap.* 7. Vocatur alias domus domini cultui divino destinata, Græcis vel *νεκρά*, vel *τὸ ἱερόν τῶν Θεῶν*, latinis dominica. Germanis Dom. *Vid. Matth.* *cap.* 21. *v.* 12. & 13. & *Johann.* 2. *v.* 14. & 15. Item Basilica. *can. omnes basilicæ.* 10. *caus.* 16. *quæst.* 7. *can. omnes basilicæ.* 3. *de consec. dist.* 1. *Vid. Petr. Gregor. Syn- tagm. Jur. Univers.* *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 1. & *seqq.* (3.) *Reparatio* à verbo reparare; *vulgariter* refectionem & instaurationem significat, ut *apud Salustium in Jugurthino cap.* 31. & *apud Tacit. lib.* 3. *Annal. cap.* 73. *ibi. reparatis per inimica Asia auxiliis.* *Juridice* denotat (1.) in materia appellationum, post legitimi temporis lapsum restitutionem juris peragendæ appellationis. *sov. tit. C. de tempor. & repar. appellat.* (2.) in mercatura dicitur, eum, qui in mercium locum, quas, in tabernam importatas, vendidit, alias comparavit, aut eas cum aliis mercibus commutavit, reparasse

parasse mercas, ita *Scavola in l. 122. §. 1. ff. de V. O.* Eodem sensu accipitur in *l. 16. ff. de in rem vers. (3.)* In materia *Obligationum*, pro restitui & suscitari, evacuatae obligationis vires reparari, dixit *Gordianus in l. 4. C. de solut. (4.)* In praesenti argumento, *Reparationes* dicuntur *strictè & regulariter*, per quas pristina forma vel facies domus conservatur absque dilatazione vel productione, seu depressione, prout si reficiatur tectum, paries, vel quid simile *Castrens. consil. 378. arg. l. 3. §. 13. in fin. l. 15. ff. de itin. act. priv. l. 1. §. 1. ff. de via publ. Card. Tusch. Lit. R. conclus. 184. num. 1. Latè & in casibus extraordinariis*, etiam ampliationes, extensiones & novam Ecclesiae destructae adificationem comprehendunt. *arg. l. 1. §. 6. ff. de riv. l. 11. ff. comm. praedior. Caspar. Klock. in Tract. de contribut. cap. 10. n. 11. & seqq.* Non tantum autem factum, curam & labores quos operarii & fabri adhibent, verum etiam, uti h. l. *jus vel onus reparationum* significant. In *Nov. 131. cap. 7.* renovare dicitur.

POSITIO III.

Definitio ipsa habet *genus & differentiam specificam.* Et
Genus est obligatio, probatur ex verbis cap. nost. ibi *cogit* Definitio
debent. Est autem haec obligatio non tantum *naturalis*, ipsa qua
 verum etiam *civilis.* *Naturalis* quidem, quia, uti gentes consistit ex
 à natura cognoverunt *DEUM*, etsi non ut *DEUM* genere.
 glorificaverint, cum *DEUS* id illis manifestaverit, *ad Roman. cap. 1. v. 20. & 21.* ita & religio juris gentium dicitur, *in l. 2. ff. de Just. & Jur.* ad quam aedes religiosa, vel alia venerationi Divinae destinata loca referuntur. Nam & ipsi Gentiles, tam longe ab omni pietate alieni non fuerunt, quin diis suis etsi fictitiis, iisdemque omni vitiorum turpitudine commaculatis, splendidissimas tamen atque sumptuosissimas aedes extruendas, easque ornam-

B

men-

mentis ac donis largissimis instruendas esse crederent. *Vid. Basil. Udalrici & Afra Aug. Vindel. Bernhard. Hertfelder. part. 1. cap. 1. Rodolph. Hospinian. Tract. de Templis lib. 1. cap. 5. Specul. Joh. Jacobi Speidel. Lit. K. num. 43. voce Kirch Psarr &c. in addit. vers. inter aedificia. Add. Georg. Louet en son Recueil des arrests. lit. R. verb. Reparations pour terres d'Eglise &c. sommaire L. num. 9. vers. à ce propos. &c. qui à observè. que Thucydide au livre 2. de son histoire remarque, que la direction des temples appartenoit à ceux, qui commandoient, aux pays, ou ils estoient assis, & qui en estoient Seigneurs. & Tacite au livre 3. de ses annales, cunctas ceremonias, templaque & Numinum effigies juris atque Imperij Romani esse. add. Gros. de Jur. B. & P. lib. 3. cap. 5. §. 2. num. 2. Non tantum autem templa aedificarunt, & conservarunt, verum etiam eversa repararunt. Memorabile exemplum Capitolij à Vespasiano Imperatore restituti, (ex quo patet, quanta Religione, quam variis ceremoniis & ritibus Ethnici usi) memoriae mandavit Tacitus lib. IV. Histor. cap. 53. Apud populos, qui verum DEUM adorarunt, obligatio hæc manifesta est. In veteri testamento DEUS mandavit, ut Israëliticus ad aedificationem, ornatum & necessaria tabernaculi contribueret. *Vid. Exod. 25. v. 3. cap. 35. v. 6. & 22. cap. 36. v. 2. & seqq.* In novo, memorat Eusebius lib. 2. de vita Constantini de restaurandis & aedificandis templis decretum, in quo præter alia etiam hæc habentur verba, quoque igitur Ecclesiis, vel ipse præses, vel alios suis quoque locis Episcopos, Presbyteros vel Diaconos præesse nosti, admone, ut diligentes existant, circa Ecclesiarum structuras, ac vel existentes restaurent, vel ampliores reddant, vel ubi necessitas exigit, novas aedificent. Certe de Justiniano nostro Zonaras tom. 3. scribit, quod adeo præpostera exstruendi*

endi templa zelo ac studio flagraverit, ut & stipendia liberalium artium jam olim constituta in omnibus urbibus sustulerit, quo haberet, quos pro libidine sua in non necessarias templorum ædificationes sumptus & pecunias profunderet. Ac sicuti de Jure Justiniano nullum dubium, ita canonico probari, textus præ multis aliis docent *in cap. 1. & 4. x. h. r.* Prædicta autem obligatio, tum ex veris, e. g. stipulatione, transactione & pactis, tum quasi contractibus, tam per ultimam voluntatem, quam inter vivos oritur.

POSITIO IV.

Differentia specifica à materia & forma desumpta est. ac
Materia autem existit vel *Subjectiva* vel *Objectiva*. Sub-
Differencia
specifica,
qua de-
sumpta, à
Materia
tam subje-
ctiva, qua
sunt
Parochi.
Subjectiva notatur, quod sint, qui parochiales Ecclesias, vel beneficia Ecclesiastica habent. *Illi* alias nominantur *Parochi*, *Rectores*, sive *Pralati Ecclesiarum*. Hi secundum vulgarem Canonistarum interpretationem sunt, qui vel decimas vel Ecclesiasticos redditus percipiunt. Sive, qui beneficia, tam curata quam non curata, secularia & regularia qualitercunque commendata habent. *Concil. Trident. sess. 21. cap. 8. add. Claude Le Prestre en ses question de droit, centur. 1. chap. XCI. num. 6. & 7.* Et quidem hoc ordine, ut primo parochi in Ecclesiis parochialibus obligati sint, nisi, quod Dd. pro cautela notant, mediante summa certa singulis annis in manus operariorum seu matriculariorum Ecclesiæ præstanda, transactione inita, sese immunes reddere ab expensa reparationis, voluerint, quo casu populus tantum tenetur. *Vid. P. Franciscum de Tonduti in question. & resolution. legal. lib. 1. cap. XXIX. num. 3. vers. secundo transactionis capite &c.* Vel sint tantum simplices vicarij, qui ex redditibus nihil, sed tantum ab ordinario pro cultu divino partem competentem (por-
tion

tion congrue) accipiunt. Ita iudicatum observant d. 29. Martij 1575. die 12. Decembr. 1617. die 4. Januar. 1620. d. 4. May 1641. Geoyg. Louet en son Recueil des arrest. Tom. 2. lett. O. sommaire VI. Rubric. Oblation. & Lit. R. sommaire. L. Rubr. Reparation pour terres d'Eglise. num. 12. Si in Ecclesia inveniuntur curiones primitivi, qui simul sunt principales decimatores parochiarum, eo casu ad reparationem in solidum tenentur, ad tertiam tamen partem tantum fructuum decimalium, quos singulis annis percipiunt, salvo regressu contra reliquos decimatores, *ita iudicatum per arrestum 7. Septembris 1629. & 22. Febr. 1650.*

Reliqui Clerici. Vid. *Journal des audiences lib. V. cap. IV.* Parochialibus autem reditibus non sufficientibus, alii quoque Clerici, qui beneficia Ecclesiastica habent, pro tertia parte contribuere coguntur. *cap. 1. & 4. x. de Eccles. adif. ibique Gloss. cap. si monachus. 22. caus. 16. quest. 1. cap. 3. de consecrat. dist. 1. cap. fin. de iis que fiunt à maj. parte. capit. Cardin. in cap. ad audientiam. in fin. x. de Eccles. adif. Ripa in Respons. 26. num. 3. 6. & 27. ubi Limitationem notat, nisi Clerici contribuere debeant ad fabricam, eo modo, quo ex consuetudine vel transactione quadam Laici id faciunt. Auth. Nulla communitas. C. de Episc. & Cleric. En France les ordonnances sont entierement réglées & conformes au droit & anciennes constitutions de l'Eglise. Vid. *Claude le Prestre en ses questions. centur. 1. chap. XCI. n. 10. & 11. Antoine Despeisses. Tom. IV. Tit. XII. Rubr.* Si les benefices sont tenues à la reparation des Eglises. &c. Non tantum autem beneficiarij tenentur, sed defunctorum quoque heredes, pro ratione temporis, quo illi, ædibus sacris ruinosis existentibus, fructibus & reditibus gavisi sunt. *Le Prestre loc. all. num. 13. in fin. Louet en son Recueil des arrests, Lit. R. somm. L. n. 1. & 2. Petr. Peck. in tract.**

tract. de repar. Eccles. cap. 18. Christ. in decis. Belgie. Vol. 2. ad lib. 1. Tit. 3. Cod. decis. 25. Vicissim, beneficiati se non possunt excusare, allegando, corruptionem & ruinam ædificij fuisse tempore sui prædecessoris, quia cum reparatio sit debitum reale, simpliciter afficit successorem. *Berous decis. 204. n. 48. Philippus Braun in suis princip. jur. Canon. lib. 3. Tit. 48, paragr. 11. Extendit Consilium Trident. dict. Sess. 21. cap. 7. ad Patronos quoque Ecclesiarum & alios, qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis provenientes perceperunt. add. Braun. loc. alleg. post Barbof. ad d. cap. 4. ex r. h. r. & de Offic. & pot. Paroch. part. 1. cap. 13. n. 8. Henricus Linck in comment. ad Jus. Canon. Tit. de Eccles. adificand. th. 7. Vid. quoque Pirhing. ad h. r. §. 3. n. 20.* An autem Decretum hoc ad eos Clericos quoque extendendum, qui possident ac percipiunt decimas ex prædiis in aliena parochia sitis, ut illi ad contribuendum teneantur, anceps quæstio est? *Aff. Peckius de reparat. Eccles. cap. 14.* Contrarium tamen probabilius esse existimat *Pirhing. alleg. §. 18.* Ex hac ratione, quia nusquam decimis, earumque possessoribus hoc onus reparationis impositum reperitur. Decimæ verò, postquam legitime separatæ ab Ecclesia Parochiali, ad quam alias legitime pertinerent, & alteri Ecclesiæ concessæ sunt, non possint amplius computari intra fructus prioris Ecclesiæ parochialis. *Non obstant cap. cum sint 18. & cap. cum contingat. 28. & seq. x. de decim.* Ex eadem & adhuc fortiori ratione Laici, qui partem Decimarum, (vulgo *einen Leyen Zehenden*) ex iustis causis & modo legitimo acquisitam, ab immemoriali tempore sine ullo onere possederunt, ad reparationem Ecclesiarum quicquam contribuere, de jure non tenentur, *arg. cap. cum Apostolica 7. x. de his que sunt à pralat. sine cons. capit. & cap. 2. de decim. in sext.*

¶
Patroni.

Junct. l. 83. §. 5. & l. 137. §. 6. ff. de V. O. licet instrumentum emptionis antiquæ non superfit. arg. cap. dudum. 31. x. de decim. cap. 26. x. de V. S. Facit Recess. Imper. Vormat. de anno 1530. §. Nachdem Churfürsten. 129. Vid. Vasquius Ill. quest. 89. num. 7. in fin. Ex Tomo Consil. Argent. novo edit. à Magnif. DN. D. Schiltero. Respons. CXVII. pag. 683. fere in fin. Philippus Braun in suis princip. Jur. Can. d. l. 3. Decretal. Tit. 48. vers. Dico II. Christin. in decis. Belgic. vol. II. ad lib. 1. Tit. 3. Cod. Just. definit. 29. num. 4. Add. Grorius de J. B. & P. lib. 3. cap. 5. §. 2. num. 3.

POSITIO V.

In Gallia Decimatores Feudarij non tenentur.

In Gallia Decimatores sunt vel Ecclesiastici vel seculares, qui jure feudi Decimas olim acquisitas possident. De his Claude le Prestre en ses questions Notables de droit Cent. 1. chap. 13. n. 14. docet. Les dismes infeodées ont toujours esté & sont encore legitiment tenues & possedées par les laïques, pourveu que l'infeodation en soit faite aupravant le Concile de Latran, qui fust celebré sous Alexandre III. l'an 1179. & l'an 1180. Auquel furent premierement anethemathisez ceux qui baillent les dismes aux laïques, comme il apert par le chapitre prohibemus. 19. extr. de decim. Ex quibus verbis manifestum est, decimas has feudales in omnibus & per omnia regulari, sicuti patrimonialia & res prophanæ censentur, licet à personis Ecclesiasticis (sine suppressione feudi) quoque possessæ fuerint. Proinde illarum possessores, subsidiariæ Ecclesiarum Reparationi debere quicquam contribuere, non videntur, per rationes & præjudicia, quæ allegantur à Georg. Louet en son Recueil de plusieurs notables Arrests sub Lit. D. sommaire VIII. & LX. num. 7. & Lit. R. sommaire. L. n. 12. & 13. Antoine Despeisses dans ses Oeuvres du droit Romain, Tom. IV. Tit. X. sect. 1. num. 10. ubi in fine notat
avant

avant le dit Concile de Latran les dîmes avoient esté baillées par Charles Martel du consentement de tout le Clergé à la Noblesse du Royaume à titre de fief, à la charge de défendre l'Eglise & les Chrestiens contre les ennemis de la Religion Chrestienne, & en recompense de ce qu'elle s'étoit porté fort vaillamment à la defaite des Sarrafins près de Tour,

POSITIO VI.

Sicuti Rectores ad reparationem Ecclesiarum parochialium, ita Episcopi ad refectionem Cathedralium, nisi aliud habeat consuetudo, vel proprii Ecclesie ad fabricam destinati reditus sufficiunt, ex quarta reddituum, tum præteritorum, tum futurorum parte adstringuntur. *Vid. can. quatuor. 27. caus. 12. quæst. 2. cap. decernimus. 10. caus. 10. quæst. 1.* Et hæc obligatio ad successores illorum transit. *add. supr. Posit. IV.* Quod si nec Episcoporum reditus restorationi faciendæ sufficere videntur, Canonici Capituli; & si neque horum fructus præbendarum superabundantes, vel aliorum bonorum Capituli reditus fabricæ necessariis sumptus subministrare possunt, tunc ex Decreto Episcopi & Capituli inferiores Clerici ex fructibus, qui vitæ illorum sustentationi supersunt, contribuunt; vel ad eam fructus primi anni beneficiorum vacantium deputantur, juxta *cap. ult. x. de his que sunt à maj. part. Cap. ibique Abbas num. 6. & 7. Barbosa, ibid. num. 5. Anton. de Butrio in comment. ad cap. 1. x. de Eccles. edific. Cardin. Tuschus præctie. Conclus. Lit. F. conclus. 3, num. 5. & 6. Philippus Braun. de princip. Jur. Canon. ad dict. Tit. de Eccles. edific. in fin. Henricus Linckius in Comm. ad eund. Tit. §. 8.*

Episcopi in Ecclesiis cathedralibus.

POSITIO VII.

Cum vocabulum beneficii, non tantum de jure percipiendi fructus, ex bonis DEO dicatis provenientes, *Feudatarum Ecclesia.*

Cle.

Clerico propter divinum officium competentes, verum de feudis quoque prædicetur. *Vid. 2. Feud. 23. & 24. ut in LL. Alleman. Tit. II. à Pastore Ecclesiæ per beneficium susceperit. Consil. Meldens. cap. 18.* Ut præcepta illicita jure beneficiario de rebus Ecclesiasticis facta à Vobis sine dilatione rescindantur. *Beneficiorum* autem seu feudorum duo genera inveniuntur in antiquis legum & historiarum monumentis, *Regia* scilicet & *Ecclesiastica*, quorum illa erant, prædia, quæ beneficij jure Nobilibus dabantur à Rege vel Principe, Regalia appellata. Hæc verò dicebantur universim res Ecclesiæ in beneficium, sive à Principibus, sive ab ipsi Ecclesiis, sive à Prælati datæ. *Vid. Carol. du Fresne in Glossar. Lit. B. in voce beneficium.* Canonistæ nonnulli *cap. 1. & 4. x. h. t. de vasallis Ecclesiæ, sive de feudatariis prædia Ecclesiæ, h. e. feuda obtinentibus, accipiunt.* Docent enim eos ipsos, qui aliquid ex beneficio ecclesiastico accipiebant, ad pura erga Ecclesiam officia fuisse obligatos. Quæ onera ad tria potissimum referunt, ad nonas aut decimas, & ad facta recta. Uti autem nonarum aut decimarum præstatione feudatarij se beneficiarios Ecclesiæ agnoscebant. uti ex *Concilio Valent. 111. in Gallia celebrato temporibus Caroli Calvi can. 10, constat. add. Concil. Turon. celebrat. sub Carolo M. can. 46. & lib. 1. Capit. 163.* Ut qui Ecclesiarum beneficia habent, nonam & decimam ex eis Ecclesiæ, cujus res sunt, donent, & qui tale beneficium habent, usque ad medietatem laborent, de eorum portione proprio Episcopo decimas donent. Ecclesiæ quoque ad facta recta h. e. qui aliquid ex beneficio Ecclesiastico possidebant, ad ecclesiarum labes ac ruinas rescindendas, præsertim verò ad recta tenebantur. Quod facile probatur *ex canon. 46. Concil. Turonens. III. ubi patres congueruntur, Ecclesias*
rue-

ruere & funditus labi, propter neglectam rectorum re-
 stauracionem ab his qui beneficia Ecclesiastica possident.
add. Concil. Meldens. can. 62. Hi qui ex rebus Ecclesiasti-
 cis nonas. &c, exque LL. Longobardorum lib. 3. Tit. 3. l. 2.
 ubi extat Decretum Caroli Imperatoris, his verbis inci-
 piens. Præcipimus Comitibus & omnibus fidelibus no-
 stris. &c. & *cap. 40. lib. 4.* in quo modum & impensas, quas
 in Ecclesia facere oportuit eos, qui agrum Ecclesiæ occu-
 passent, definit. *Vid. Anton. de Butrio & imprimis Eman.*
Gonzales in Comment. ad Decretales lib. 3. Tit. 48. nota. 2.

POSITIO VIII.

Si deductis necessariis sumptibus, ad alimenta benefi-
 ciatorum, requisitis, non supersint redditus, ad fabricam,
 vel in totum, vel in partem reparandam, sufficientes,
 maximè, etiam pecunia publica Universitatis alicujus
 deficiente, tunc honestum est, quod Clericos laici paro-
 chiani, qui in Ecclesia reparanda divina officia audiunt,
 sacramenta percipiunt, & in quorum gratiam Ecclesia est
 restauranda, adjuvent. *arg. Exod. 25. vers. 3. & 8. & 36.*
vers. 5. & seq. cap. si episcopus. 6. x. de offic. ordin. arg. cap.
4. x. h. t. Et quidem non per capita hominum vel do-
 morum, sed quoad solidum & libram. *nach eines jeden*
Vermögen. *arg. l. C. de mun. patrim. l. 4. C. quemadm.*
civil. mun. indic. l. 1. & 4. de cens. l. 6. §. 15. ff. de muner.
& honor. Henricus Bocer. Tract. de collect. cap. 8. n. 4. &
cap. 12. Carpzov. in Jurisprud. Consistor. Lib. 2. Tit. 22. de-
fin. 342. Barbof. de jur. Eccles. lib. 2. cap. 4. num. 7. Quod
 si forte parochiani non habeant paratam pecuniam, tunc
 potest ac debet Universitas mutuam accipere, ad cujus
 solutionem omnes pro portione bonorum geometrica ob-
 ligati sunt. *Vid. Carpzov. in Jurisprud. Consist. lib. 2. Tit. 22.*
definit. 339. n. 15. Et hoc onus reparationis parochiani, u-
 ni Ecclesiæ cedere volentes, evitare non possunt. *arg.*
C
cap.

cap. omnes. 12. x. de pœnit. & remiss. & cap. 2. x. de paroch.
 Cum etiam boni Principis ac religiosi sit, Ecclesias con-
 tritas vel conscissas restaurare, novalesque adificare. *can.*
ult. distinct. 98. can. sicut. 48. caus. 23. quest. 4. legitime ab
 Eo impetrantur provisiones, ut laici parochiales ad hanc
 piam causam collectentur. *arg. Nov. 115. cap. 3. in fin. vers.*
si enim pro causis corporalibus &c. arg. can. filius. 31. caus.
16. q. 7. Klock de Contribut. cap. 16. sect. 1. n. 151. Christin.
in decis. Belgic. vol. 2. decis. 28. num. 2. & seq. Augustin.
Barbosa in Jur. Eccles. lib. 2. cap. 4. n. 7. & 8. ubi allegat
Salgad. de protest. Reg. tom. 1. par. 3. cap. 5. n. 11. qui addit,
 adificante publica universali pecunia, ad collectam quo-
 que inter vicinos perveniendum esse. *Vid. quoq. in Carpz.*
in Jurisprud. Eccles. Tit. 22. definit. 339. Et cum hoc onus
 sit publicum & commune, omnium concernens utilita-
 tem & necessitatem, nobiles & alij exempti contribuere
 tenentur *arg. l. rescripto. 6. §. ult. ibique Gloss. l. 18. §. 8.*
ubi Bart. l. 3. §. 1. ff. de muner. l. 7. C. de S. S. Eccles. Bar-
bos. loc. all. cap. 4. num. 8. Ermicus Pyrring. in novo Method-
Juris Canon. lib. 3. Tit. 48. §. 3. num. XV. in fin. Voire, com-
 me il n'y a personne noble au respect de Dieu, aussy
 n'y a il point de noble, qui soit exempt aux reparati-
 ons des Eglises. *Bouchel. part. 3. in verbo Reparations Egli-*
se. quest. 1. Multo minus distinctio facienda, utrum pa-
 rochiani sint cives, inquilini vel hortulani. *arg. l. 8. ff.*
de public. act. l. ult. ff. de hered. vel action. vend. arg. l. 1.
§. 4. ff. de pref. urb. junct. l. 68. pr. ff. de leg. 3. l. si duo. 51.
ff. de adm. tut. Causa enim & ratio reparationis, (utili-
 tas scilicet & cura animarum) omnibus est communis.
arg. l. 32. ff. ad L. Aquil. nedum, quod contributionis jus
æqualitatem habitantium exigat. l. 10. ff. ad munic. l. 3.
ff. de muner. Natta conf. 4. num. 1. conf. 139. num. 16. Matth.
 Co.

Coler. de proc. Execut. part. 2. cap. 1. n. 22. Caspar Klock. de contribut. cap. 10. num. 68. Præterea parochiani in pagis habitantes, in nonnullis locis, qui tantum agrorum possident, ut equos vel boves jugatorios alere possint, *Pförtner* vel *Huffner*/ illi jumentis suis fabricæ inservire tenentur, pauperiores autem, qui non habent integrum mansum vel hubam, sed tuguriola solum & hortos possident, die *Häufster* / *Gärtner* oder *Castaten*/ præstant tantum operas manuaris. post *Job. Koppen. decis. 31. num. 3.* *And. Knichen. de pact. investit. cap. 3. n. 31. Carpzov. f. all. loc. definit. 340. num. 9. & 10.* Ante decretum contributionis, quantitas sumptuum taxari & aliquando per annos, ut facilius ferant, distribui solet. In Gallia idem jus obtinet. *Vid. Claude le Prêtre en ses questions. Cent. 1. somm. XCI. n. 11. & 12. Julien Brodeau en ses additions à Louet en son Recueil des notabl. Arrest. Lit. R. somm. L. num. 14. & 19.* où il remarque un arrest du Parlement de Provence du 26. Mars. 1665, qui condamne les Communautés à payer les deux tiers des reparations des Eglises parroissiales. In Hispania idem etiam observatur *Abzar. Valasc. in suis Consultat. 179. num. 16.*

POSITIO IX.

Materia objectiva in definitione notatur, quod sit Ecclesia reparanda vel emendanda, sive reparatio & institutio Ecclesiarum. Per has principaliter intelliguntur ædificia templorum, in quibus cultus divinus celebratur. Si Ecclesiæ duæ pluresve unitæ sunt, primaria, quæ dignior, mater, reliquæ verò filiales appellantur. *can. & temporis. 48. caus. 16. quest. 1. cap. 2. extr. de religiof. dom.* Et cum Ecclesia unita mutet naturam pristinam, jus suum amittit, & eo utatur cui unitur. *arg. cap. 3. x. de Stat. monach. collectæ vel servitia ad fabricam ædificiorum pa-*

*Materia
objectiva.
Principalis.*

rochialium, in Ecclesia primaria, à Filiastis quoque exiguntur. *arg. l. 10. ff. de R. J. Cardin. Tusch. pract. conclus. Lit. V. conclus. 230. num. 22. & 23.* Nisi filiastra peculiarem in pago suo habeant ædem sacram, vel templum, quod propriis suis sumptibus reparari oportet. *arg. l. 14. ff. de off. præsed. l. antepen. C. de pæn. l. 4. §. quid ergo. ff. ad l. Rhod. de jact. Carpzov. in Jurisprud. Consistor. lib. 2. Tit. 22. definit. 343. & seqq.* Non videtur textum nostrum distinguere, inter novam, si necesse est, ædificationem, & reparationem tantum partis ædium. *vid. infr. post. XVI.* Continentur quoque sub voce fabricæ, baptisterium, campana, organum pnevmaticum & si quæ sunt alia quæ ad cultum divinum requiruntur. *Cass. Klock. de contribut. cap. 10. n. 8. & 9.*

POSITIO X.

*In adfiliis
sacris nota-
tur.
Distinctio.*

Notandum præterea, in ædibus sacris distinctionem esse, inter chorum & navem Ecclesiæ parochialis. Chorus inde videtur dictus, quod initio nascentis Ecclesiæ pastores circa altare & in forma Coronæ stabant; inde & presbyterum *ἱερατεύον*, sacrarum (quod intrare personis laicis erat prohibitum.) appellabatur. *Vid. Louet. en son Recueil des arrests. Tom. 4. somm. L. n. 11.* Ex quo forsân accidit, ut in nonnullis locis, chori & ejus accessorium reparatio ad decimatores, corporis vero vel navis Ecclesiæ resectio ad parochianos pertineret. *Magnif DN. D. Schrag. Facultat. Jurid. quondam Senior, nunc Camera Imperialis Assessor gravissimus in Introduction. ad Jus Canon. cap. 62. §. 20. in fin. Petr. Peckius in tract. de Eccl. Reparat. cap. 13. Christin. in decis. Cur. Belg. Vol. 2. ad lib. 1. Tit. III. Cod. decis. 24. num. 7. & 8.* Notatur Arrestum du 7. Feurier 1632. par lequel il a été jugé, que les decimateurs ne sont tenus que de reparation & entretien du Choeur

Choeur & Chancel des Eglises Paroissiales, & seulement jusques à la concurrence du tiers des dites dîmes. Lequel fust confirmé par un autre du 4. Janvier 1642. à quoy l'on peut joindre l'arrest du grand Conseil du 27. Novembr. 1670. Julien Brodeu en ses nouvelles additions au Recueil des arrests. de Georg. Louet. num. 16. nisi damnum corporis templi ex culpa decimatorum proveniret. Ainsi jugé, par un arrest du Parlement de Paris du 30. Maij 1659. lequel se trouve dans le second Volume du Journal des audiences lib. 2. chap. 25. add. P. Franc. de Tonnant in quest. & resolut. benefic. cap. 32. num. 7. 8. 14. & 16.

POSITIO XI.

Quoad ipsas ædes reparandas Doctores & Practici aliam distinctionem observant, Utrum nempe ædes plane everasæ, vel per clades bellorum, vim majorem & casum fortuitum; vel vetustate sive culpa certarum personarum corruerint, Priori casu docent, simplices Decimatores & bonorum Ecclesiasticorum beneficiarios ad novam ædificationem cogi non posse, posteriori vero Eos conferre debere. Quoad Eos vero, qui beneficia curata habent, vel qui sunt Oeconomi & Præfecti Fabricarum observant, Illos ad reparationem ædificiorum utroque casu obligatos; His vero non sufficientibus, parœcianos quoque ad contribuendum pro parte conveniendos esse. Neque parochum excipiendum, qui cum populo fecerit transactionem, quod mediante certa summa. e. g. duodecim librarum singulis annis solvenda, ipse ab expensis reparationum immunis esset, quia talis conventio ad casum extraordinarium necessitatis non sit extendenda. vid. Claud. le Prestre d. Cent. 1. chap. XCI. num. 11. & seqq. Antoine d'Espeisses. Tom. IV. sect. 12. num. 2. ubi allegat Consuet. Henrici III. de l'an 1586. & arrestum Parlement; de

In reparatione alia distinctione.

de l'an 1579. & 20. Maij. 1585. Caspar Klock de Contribut.
cap. 10. num. 39. Choppin. de sacr. polit. lib. 3. num. 15. in
fin. Christin. in decis. Curia Belg. Vol. 2. ad Lib. 1. Tit. III.
Cod. Justin. decis. 24. n. ult. Tonduti in suis quæst. benef. 39.
n. 10.

POSITIO XII.

*Materia
obj. accessio-
ria.*

Cum in Concilio Carthaginensi 4. cap. 14. Decretum
fuerit, uti refertur *can. 7. distinct. 41.* ut Episcopus non
longe ab Ecclesia hospitium habeat, & *Nicolaus Papa*
circa annum Christi 860. statuerit, ut nulla ædificia in a-
trio Ecclesiæ ponantur, nisi tantum Clericorum *can. 4.*
caus. 12. quæst. 1. vid. Rodolph. Hospinian. in Tractat. de Tem-
plis lib. 3. cap. 4. Sequitur, quod, qui tenentur ad repara-
tionem Ecclesiæ, illi etiam ad restaurationem ædium pa-
rochialium juxta Declarationem Congregat. Concilij,
apud Barbos. ad cap. nostr. num. 5. obligati sint. Nam iden-
titas rationis eandem infert juris dispositionem. *arg. l.*
quadam 9. §. 2. ff. de Edend. & l. quæsitum est. 32. ff. ad L.
Aquil. maximè cum ædes veniant accessorie ad ipsam Ec-
clesiam. *arg. Nov. 57 cap. 2.* iisdemque cum Ecclesia gau-
deant privilegiis. *Paul. de Citadin. de jur. patron. part. 6.*
art. 5. num. 7. Lambertin. lib. 3. art. 3. quæst. 7. in princ.
Carpzov. in Jurisprud. Consistor. lib. 2. Tit. 22. defin. 335. Par
l'ordonnance de Blois. *art. 52.* & celle de Charles VI. Le Curé
n'est obligé à contribuer aux reparations de la maison pré-
byterale, que pour un tiers & les paroissiens pour les au-
tres tiers. Jugé ainsi par *arrest. du 30. Decembr. 1602.* rap-
porte par *Bouvoit en ses questions notables part. 3. in verbo*
Eglise reparation, juxta opinionem Petri Gregorij in Syn-
tagm. Jur. Univers. lib. 15. cap. 32. part. 2. En quelques en-
droits est bien aux paroissiens à loger le Curé & à Luy
bastir une maison, s'il n'en a, mais c'est à luy à la reparer,
& aux

& aux paroissiens à la réédifier. *Antoine d'Espeisses. Tom. IV. Tit. IX. sect. XII. in fin.*

POSITIO XIII.

Reparationis Subsidiariæ forma in duobus requisitis subsistit. *Primum* est, ut Ecclesia reparatione opus habeat. *Quamvis* autem de reparatione ædium sacrarum prospicere atque disponere facilis negotii res esse videatur, at tamen jure Canonico, Civili & Constitutionibus Principum hodiernis visitatio Ecclesiarum Episcopis & Magistratibus serio injuncta. Ad Episcopum pertinet immediate prospicere, ut jam rectè ædificata templa in suo splendore conserventur neve collabantur, & videre, si qua reparatione indigeant. *can. Episcopum, 12. caus. 10. quæst. 1. cap. decernimus. 10. caus. 10. quæst. 1. Concil. Trident. sess. 7. cap. 8. & sess. 21. cap. 7. & seq. Petrus Gregorius Tholosanus in syntagm. ju. univ. lib. 2. cap. 1. n. 11. in fin.* Jure Civili ad Proconsulis officium quoque pertinebat, ædes sacras circumire inspiciendi gratia, ut facta rectaque sint, an aliqua refectione indigeant, ut consummentur, prout vires ejus Reipublicæ permittunt, curare *arg. l. 53. ff. de H. P. l. 7. §. 1. ff. de off. procons. Fac. huc Samuel, 2. cap. 22. can. ult. distinct. 98. can. sicut excellentiam. 48. caus. 23. 9. 4. arg. cap. 1. extr. ne sede vacanti.* Les ordonnances de France sont conformées au droit Canon & anciennes Constitutions de l'Eglise; Entre autres celle de Blois, par laquelle l'article 52. il est enjoint à tous Archevêques, Evêques & autres Supérieurs, en faisant leur Visite, de pourvoir, les Officiers des lieux appelez, à ce que les Eglises soient fournies des livres &c. & pareillement à la restauration & entretienement des Eglises parochiales & Edifices d'iceluy, en sorte, que le service Divin s'y puisse commodement & deument faire & à couvert, & que
les

Forma Re-
parationis
consistit (1.)
in necess. ve-
parat.

les Curez y soient convenablement logez, enjoint aux Officiers tenir la main à l'execution de ce qui sera ordonné pour ce regard. *Prestre d. Cent. 1. chap. XCI. num. 7. 8. & II.* Præterea ex generali Regni consuetudine, cura & onus reparationis Ecclesiarum ad Regem vel ad suos Officialis, vel Commissarios, delegatos à Regia Majestate, pertinet; à quoy est formelle l'Ordonnance du Roy Charles VI. du 6 Octobre 1385. de immunitat. & reparat. Ecclesiar. rapporté entiere par Choppin. lib. 2. Monasticōv tit. 2. n. 13. en ses mots. Carolus &c. ordinatus, quod Præpositus noster Parisiensis, nec non Seneschalli & Ballivi nostri, vel eorum loca tenentes, videlicet eorum quilibet in Provincia sibi commissâ, fructus & redditus temporalitatis beneficiorum Ecclesiasticorum, in quibus defectus supradictos repererint, quæ dict. Cardinalis &c. ad manum nostram realiter ponant. *Ipsas vero Ecclesias ac ipsorum Beneficiorum adificia in ruinam lapsa & cætera hæreditagia, ex fructibus & redditibus eorundem beneficiorum reparari & d. hæreditagia excoli minoribus sumptibus, quibus rationabiliter & utilius fieri poterit, faciant.* Maynard. in Decis. Tholosan. Tom. 1. liv. 1. decis. 6. num. 4. & 5. Louet. Lit. R. sommaire. L. num. 4. & seqq. Add. Guiliel. Benedict. in cap. Raynutius. decis. 3. num. 138. & verbo, si absq. liberis in 2. Tract. de fideic. substitut. num. 34. & 35. Peckius Tractat. de reparat. Eccles. cap. 28. num. 3. Christin. in decis. Belgic. vol. 2. decis. 28. num. 3. ubi addit, laudabile esse & maxime convenire, ut ex publico arario Ecclesiæ reparentur, quod Senatus supremus in aliquibus causis aliquando censuit, & noster quoq. Senatus (Mechlinensis,) qui nullis plane instigantibus multa millia in reparationem & constructionem Ecclesiarum impendit, & in causis hujusmodi reparationum. Carpzov. in Jurisprud. Consistor. Vol. 2. T. 22. in fin. 136. num. 5. & 12.

POSITIO XIV.

Quamvis autem Reparationis Ecclesiæ cura jure me- *Accedit*
ritoque ad Principes & Magistratus supremos pertineat, *quoq; cura*
ab Eadem tamen parochiani, & si qui alij subsidiariè ob- *corum, qui*
ligati, plane excludendi non sunt, quippe quorum in- *subsidiariè*
teresse ratione onerum ex ædificatione imminentium *obligati.*
maximopere attendi debet. Inde omnes, quorum inter-
est, cum expertis operariis ædificia ruinosa visitare & de
reparationis modo & sumptibus convenire solent. Huc
pertinet *Edictum Carol. VI. Galliarum Regis die 6. Octobr.*
ann. 1385. ibi certos Commissarios Ecclesiis nullatenus one-
rosos. relat. à Renat. Chop. Monastic. lib. II. num. 13. Louer.
en son Recueil des Arrests. Lit. R. sommaire L. num. 10.
Autre pareil arrest du dernier Juin 1607. &c. in fin. les
dites reparations prealablement veues & visitées par
gens à ce connoissans, dont les parties conviendront. Car-
pov. in Jurisprud. Consistor. lib. 2. Tit. 22. definit. 355. n. 11.
& 12. & definit. seq. num. 3. & seqq. Quod si tamen illi,
qui conferre debent, non fuerint vocati in conclusione
de perficiendo ædificio, & in constitutione salariorum
præstandorum lapidicinis & operariis, non quidem valent
se excusare à solutione impensarum factarum pro sua ra-
ta sub hoc prætextu; attamen Universtas vel illius Oe-
conomus tenebitur probare (1.) erogata lapidicinis, ope-
rariis & similibus fuisse utiliter impensa *arg. l. sed an ul-*
tro. 10. §. 1. & l. que utiliter. 45. ff. de neg. gest. & (2.) se
fecisse impensas, ad quas Rector & Clerici contribuere te-
nentur, animo repetendi, alias poterunt allegare forte
plus fuisse impensum quam oportet. l. si quis negotia 35.
ff. de neg. gest. Joh. Francisc. Ripa in lib. 1. Decretal. Respons.
XXVI. n. 10. 11. & 12.

D

POST-

POSITIO XV.

*Extraordie
naria repa-
rationis
necessitas
requiritur.*

Non tamen quælibet reparationis necessitas sufficit, sed extraordinaria requiritur. Nam refectio Ecclesiarum ordinariæ canonibus antiquis tertia vel quarta pars, tam de redditibus quam de oblatione fidelium applicabatur. *can. de redditibus. 28. can. mos est 30. & seq. caus. 12. quæst. 2. can. 2. & 3. caus. 10. quæst. 3.* Hodie, si in Ecclesia certa portio, seu certi redditus ad fabricam sunt deputati Clerici, qui talem portionem vel redditus percipiunt, tenentur ex illis Ecclesiam reficere vel ædificare. *argum. d. can. 3. & 10. caus. 10. quæst. 3. Card. Tuschus practic. conclus. Lit. F. conclus. 411. n. 2. Ripa. dict. Respons. 26. Alvar. Valascus Consult. 179. n. 11.* Quando Oeconomus Ecclesiæ vel Præfectus Fabricæ habeat redditus, qui reparationi sufficiunt, separatos, tunc ex illis regulariter refectio facienda. *arg. l. ad instauracionem. 7. l. privilegia. 12. C. de S. S. Eccles. Add. Carpz. in Jurisprud. Consistor. d. lib. 2. Tit. 22. definit. 338. n. 11. & 12.* Ab his, ut & omnibus, quibus ordinaria reparatio incumbit, illi qui in subsidium tenentur, & rationem reddituum & fabricæ petunt *Carpzov. loc. all. num. 15.* Quod si illorum culpa damnum magnum ædibus sacris illatum, ad illius reparationem omni jure soli tenentur. *Claude le Prêtre en ses questions. chap. XCI. num. 9. Louet. en son Recueil des arrests. somm. L. num. 2. vers. à quoy la Cour. ibi: si ce n'est que lesdites ruines fussent arrivées par la faute notable, où negligence des tenans lesdits Benefices, auquel cas ils seroient venus. Choppin. d. lib. 2. Mon. tit. 2. n. 11. & de sacr. polie. tit. 3. n. 15. Maynard. Tom. 1. lib. 1. chap. 31. In Gallia decimateores usque ad tertiam partem reddituum ordinariæ reparationi conferre tenentur. uti sæpius judicatum observarunt le Prêtre d. l. Rubr. Nouvelles Remarques. vers. les decimateurs ne sont obligez. &c. Louet. all. loc. n. 10. In Hispania idem jus vigere annota-
vit*

vit Valascus in suis consultat. Tom. 2. conf. 179. num. 11.
 Quod si consuetudo legitime præscripta, (qua vel Episcopus, vel Rector, vel beneficiarii, vel etiam ante Clericos Laici parochiani sumptus fabricæ ordinarios præstant; vel quod Rector Ecclesiæ & beneficiarii reficiant cappellam minorem, parochiani vero corpus Ecclesiæ, uti fit in multis locis) non obstantibus canonibus, *vid. Gloss. in cap. quatuor. caus. 12. quæst. 1. observanda est, arg. l. de quibus. 32. ff. de L. L. junct. cap. fin. x. de consuet. Innocent. in cap. si. x. de iis. que fiunt à major. part. Cap. Hostiens. Panor. in cap. 1. extr. de Eccl. ædific. Card. Tusch. loc. s. all. n. 14. & seqq.* Licet Laici de redditibus Ecclesiæ nihil percipiant. Partim, quia talis consuetudo videtur profecta ex charitate & devotione parochianorum, partim, quod & ipsorum laicorum interfit, cum ibi audiant verbum DEI & Ecclesiastica Sacramenta percipiant. *fac. cap. quinque. 30. caus. 16. quæst. 7. & cap. hæc diximus. 9. & cap. filius. 31. ead. caus. & quæst. junct. cap. ad Apostolicam. 42. x. de Simon.* Sed cum hæc consuetudo in factio consistat, illa ab allegante, & quidem in factio illius casus, qui venit in controversiam, probanda est. *cap. 1. x. de consuet. Casp. Klock. de contribut. cap. 10. num. 19. & seqq.* & ad hanc probandam, non sufficiunt diversi actus, si incolæ vel parochiani, minis aut metu Superioris, vel Ducis tempore belli, sive etiam dolosa persuasione aliorum ad refectionem Ecclesiæ induci & coacti fuerint. *post Paris. Lib. 1. conf. 25. num. 21. & conf. 27. num. 41. Carpzov. in Jurisprud. Confessor. dict. definit. 138. num. 5. Caspar Klock. tract. de contribut. cap. 10. num. 30. & 31. add. Conf. Argent. Tom. 1. XXIV. num. 6. Barbof. de Jur. Eccles. lib. 2. cap. 4. num. 4. & 5. Billet. disquisit. Cler. rit. de Cler. debir. §. 13. cap. 14. num. 2. 4. & 5. Maynard, in decis. Tholos. lib. 1. decis. 33.*

num. ult. ubi observat, juxta consuetudines etiam in quibusdam Franciæ locis parochianos ad integras reparationes teneri, testari *Rebuffum conf.* 139. Quod de consuetudine modo notatum, idem procul dubio obtinet, si de contractu cum laicis circa hoc constet, quia pactis standum, *cap. 1 & 3. x. de pact. l. juris gentium. 7. §. præter ait. 7. ff. eod.*

POSITIO XVI.

*Alterum
Requisi-
tum ut Re-
ditus su-
persint.*

Alterum requisitum, in quo reparationis subsidariæ forma consistit, est, ut beneficiariis, & illis, quæ Ecclesiis parochiales habent, de fructibus bonorum, quæ sint ipsius Ecclesiæ, supersint. *cap. 1. & 4. x. h. t.* Hoc est, deducto omni eo, quo Beneficiarius, Rector vel parochus ad vitæ sustentationem indigent. Conveniens est hoc Scripturæ S. *vid. Deut. 25. vers. 4. Matth. 10. vers. 10. 1. ad Cor. 9. v. 7. 13. & seq. 1. Tim. 5. v. 18. & juri canonico in can. ex his. 22. caus. 12. quæst. 1. can. 1. caus. 13. quæst. 1. cap. cum secundum. 16. extr. de præscript.* Nam nemo tenetur suis necessitatibus subtrahere, ut in pias causas eroget. *arg. cap. cum ex officij. 17. in fin. x. de præscript. can. jam nunc. 8. in fin. caus. 28. quæst. 1. Hostiens. & Pyrbing. ad cap. 4. x. h. t. vers. supersunt.* Imo neque Clericus privata debita aliter solvere tenetur, quam ne egeat. *cap. Odoardus. 3. x. de solut.* quæ autem alimenta sufficiant, arbitrio boni viri taxanda, consideratis facultatibus Ecclesiæ & dignitate personæ. *arg. l. alimenta. 16. §. 1. ff. de alim. & cib. legat. not. in cap. Episcopus. 4. x. de præb. Ripa in lib. 1. Decret. Respons. XXVI. Tit. de Consuet. 1. num. 7.* Nec interest, si ipse Ecclesiæ deserviat, si alij solvat pensionem æquivalentem redditibus ipsius præposituræ. *post Decium. conf. 159. Ripa all. Resp. n. 9.* Si plures beneficiarii sint, tunc supplere debent secundum redditus, quos unusquisque

co-

eorum habet ex tali Ecclesia, & sic pro rata reddituum
*arg. can. si monachus. 12. caus. 16. quest. 1. cap. fin. x. de iis
 que sunt à maj. part. Capit. ibiq. Panormit. & hoc etiam
 in quantum quisque facere potest. arg. §. 8. Inst. de fideic.
 hered.* Quod autem de sustentatione dictum, non exten-
 dendum ad tuendam conditionem, seu statum, quia ne-
 cessitas Ecclesiæ præferenda est statui parochi, & benefi-
 ciorum fructus non ad crescendos seu fovendos munda-
 nos titulos, sed ad pauperes alendos & divinum cultum
 instituendum sunt concessi. *post Aloys. Ricc. in decis. Cur.
 Archiep. Neapol. part. 4. decis. 293. August. Barbosa. de Off.
 & pot. paroch. part. 1. cap. 13. num. 5.* Ulterius Dd. ampli-
 ant, si Fabrica dives, & inde ad reparationem Episcopus
 ex consuetudine nihil contribuit, tunc Eundem teneri
 quartam reddituum in aliud opus pium convertere, quia
 beneficiatus de altari vivere, non luxuriari debet. *Card.
 Tuschus pract. conclus. lit. F. conclus. 511. num. 18. & 19.*

POSITIO. XVII.

Ex prædicta forma *finis* hujus obligationis subsidiariæ *Finis Oblie-
 gationis.* fluit, qui nempe est, reparatio ipsa, qua perfecta, Eccle-
 sia in priori loco ad usus sacros conservatur, impediens,
 ne ea, quæ sacris ministeriis dicata sunt, temporum in-
 juria obsolescant, & ex hominum memoria excidant, vel
 ad minimum, ne, deficientibus ad reparandum sumpti-
 bus, Ecclesias everfas ad matrices vel vicinas transferre
 necesse sit, *Concil. Trident. dict. Sess. cap. 7. August. Barbof.
 de Jur. Eccl. lib. 2. cap. 3. num. 5.* Reparatio autem ita in-
 stituenda, ut ea fiat, sine cujuscumque præjudicio, præcipue
 familiarum illustrium, quæ ibidem insignia sua vel se-
 pulchram habuerunt, quod enim in pieratem concedi-
 tur, in injuriam redundare non debet. *cap. 2. x. de Eccles.
 adif. ibiq. Robert. König in princ. Jur. Canon. num. 4. in fin.*

Nonnunquam in locum Ecclesiæ dirutæ videmus vel novam substitui post Innocent. Pyrhing. ad h. tit. de Eccles. adit. §. 3. num. 14. & ampliari quoque, si nimirum ita crevit populus, quod locus prioris Ecclesiæ non posset amplius illum capere. arg. cap. *præcipimus. caus. 16. quæst. 1. cap. ad audientiam. x. de Eccles. adif. Rip. d. lib. 1. Decret. Tit. de Consuet. Resp. 26. n. 10. Caspar Klock. de contribut. cap. 10. n. 10. & seqq.*

POSITIO XVIII.

*Effectus sub
diaria re-
parationis.*

Ut omnis causa effectum, ita obligatio actionem personalem & exceptionem producit. princ. *Instit. de Oblig.* Verba autem definitionis ita habent, & qua id recusantes competentibus remediis coguntur. Concord. *Concil. Trident. Sess. 7. cap. 8. & Sess. 21. cap. 7.* inter illa autem remedia (1.) expeditissimum videtur, *retentio vel Sequestratio fructuum Ecclesiasticorum*, facta, animo non compensandi impensam illiquidam. arg. *l. fin. C. de Compens.* sed ad effectum compellendi Rectorem vel alios conferre in fabricam Ecclesiæ, arg. *cap. fin. de parochiis*, juncta exceptione, contra Prælatum, vel quemcunque alium agentem, quod non exercuerit officium suum in reparanda Ecclesia, procul decet, cum emolumenta temporalia sint debita ob causam, quæ cum non sit secuta, illa non debeantur *l. 1. & tot. tit. ff. de condict. ob caus.* Facit huc, quod talis sit indignus decimis. *can. 3. caus. 10. quæst. 3. can. Vulterana. 25. caus. 2. quæst. 2.* Nec replicatio spolij locum habet. arg. *l. si quis ad se fundum. 7. C. ad L. Jul. de vi. junct. l. 3. §. cum igitur. 9. ff. de vi & vi arm. l. Grachus. 4. C. de adulter. cap. literas. 13. x. de restitu. spoliator. Vid. Pet. Franc. de Tondut. quæst. & resolut. benef. cap. 28. num. 13. Ripa sep. all. Respons. XXVI. num. 12. usq. ad 22.* Hoc tamen arrestum sæpius non potest decerni, nisi à sum.

summis Magistratibus & Officialibus Regiis. *Louet sep. alleg. Recueil. des arrests Lit. R. sommaire L. num. 5. & seqq.*
 (2.) Cum in Gallia, nemo, nisi Judex Regius (Le Juge Royal) exclusis Judicibus subalternis, in causis reparationis Ecclesiasticorum bonorum cognoscere debeat, efficacissimum remedium est hoc, Officiales Regij Archiepiscopos & Episcopos admonere solent, ut reparationes, sive facta recta, Ecclesiarum fieri curent, & in casum recusationis vel negligentiae eorum, qui edificare tenentur, Regi causam hanc referant, qui ea cognita providet, & mandat. Quod si vero praedictae personae Ecclesiasticae in Officio suo negligentes inveniuntur, elapso tempore, quod ipsis concessum est, tunc Magistratus Regius loci illius, in quo Reparatio Ecclesiae instituenda, ejus cognitionem suscipit. *Ita judicatum d. 24. Februarij 1640. vid. Claude le Prestre en ses questions notables. Cent. 1. chap. XCI. num. 10. Julien Brodeau en ses additions à Louet. Tom. IV. sommair. L. num. 15.* Praeterea, (3.) cum secundum nonnullos Dd. pro reparatione Ecclesiarum, titularum beneficiorum bona, sive patrimonialia sive acquisita sint, obligata & hypothecata dicantur, ex die apprehensae possessionis dictorum bonorum, quia Praelati contrahunt cum Ecclesia, tanquam tutor cum pupillo. *Gloss. ad capit. ex literis. 5. extr. de pignor. adeo, ut Ecclesia etiam contra tertium possessorem agere possit, ut agit mulier pro dote ex paritate rationis, actio quasi Serviana, quae hypothecaria dicitur, locum habere videtur. vid. post plures Dd. allegatos. M. G. Gueret en ses annotations aux questions de Claude le Prestre Cent. XCI. rubric. Annotations. vers. ce qu'il y a encore à observer &c. & allegat un arrest de la pronuntiation de Paques, du 26. Auri 1603. Louet en son Recueil des Arrests Lit. R. sommaire L. num. 1. ibiq. Brodeau en ses additions. Antoine Desfaisses. Tom. IV. de benef. Eccles.*
Tit.

Tit. IX. sect. 12. num. 2. in fin. Remedium (4.) est, quod si transactio de Reparationibus Ecclesiarum inter parochum & paroecianos facta, exemplum retulit *Tonduti in suis quest. & resolut. benef. cap. XXIX. num. 3.* tunc ex ista transactione actio & exceptio competat. *arg. cap. super. eo. 7. & seq. extr. de transact. junct. l. 19. 28. 37. & 40. C. eod. t.* Nonnunquam (5.) etiam paroecianis reparatio Ecclesiarum & ædium parochialium sub certa pœna pecuniaria injungitur. Præjudicium observavit *Carpzov. in Jurispr. Consistor. lib. 2. Tit. 22. defin. 340. num. 14.* Si quis (6.) adreparationem Ecclesiæ vel ex contractu stipulationis, vel ex ultima voluntate obligatus est, tunc conditio ex stipulatione & actio ex Testamento locum habet, quo tamen casu notandum, hunc tantum ad refectionem, non autem, vel ad novæ Ecclesiæ instaurationem, vel veteris amplificationem cogi posse. *arg. l. quicquid. 66. ff. de V. O. l. non aliter. 69. l. nummis. 75. ff. de legat. 3. junct. l. usufructuarius. 44. ff. de usufr. Petr. Pechius tractat. de Eccl. repar. cap. 2. num. 1. & 2. Caspar. Klock. de Contribut. cap. 10. num. 9. & seqq.*

POSITIO XIX.

Nunc paucis subjicienda *ipsius textus in cap. IV. Extr. de Eccles. adif. analysis.* Quam divido in *externa & interna textus.* In *Externis*, cum Capitula Decretalium subscriptione careant, notatur tantum Inscriptio, IDEM LEXOVIENSI EPISCOPO. Hæc ostendit, tum *personam rescribentem, tum illam cui rescribitur.* Illa est *Alexander III. Pontifex M. numero CLXXI.* Dominus Rolandus antea vocatus, Rainucij filius, ex Familia Poperana Senis nobili & honorata ortus. Hic primò fuit Clericus in Ecclesia Pisana eo tempore, quo Eugenius Papa III. Vicedominus. erat illius Ecclesiæ, moxque Romam veniens,
Ca-

Canonicusque regularis Lateranensis factus, ab Eodem Eugenio, jam in Romanum Pontificem creato, Diaconus Cardinalis S. S. Cosmæ & Damiani primo, postea Presbyter Cardinalis tt. S. Marci & R. E. Cancellarius factus est. Mortuo verò Hadriano IV. Pap. Romæ nonis Septembris anni MCLIX. Romanus Pontifex in schismate contra Victorem Papam IV. ab Imperat. approbatus, à quatuor & viginti Cardinalibus XII. Calendarum Octobris consecratus est. Sedit autem Cæsare Friderico Anobartobo Augusto, annos XXI. menses XI. & dies XXIII. nempe ad annum Christi MCLXXXI. Pontificem hunc Virum prudentissimum, omnibus virtutibus pollentem, divinis humanisque literis valde instructum fuisse, historia refert. Eundem *D. Bernhardus* miris extollit laudibus, & plura de ejus vita & gestis memoriæ mandarunt, *Baronius ad an. 1158. Coriolanus ad ann. 1156. Platina & alij*. Extant hujus Papæ plura Decreta & rescripta in Decretorum Volumine, quæ Raymundus tam ex prima & secunda collectione, quam ex Concilio Lateranensi, illius Pontificis ævo celebrato, transcripsit. Præfens Responsum desumpsit ex prima Collectione sub hoc tit. cap. IV.

POSITIO XX.

Persona cui rescribitur nominatur LEXOVIENTIS EPISCOPUS. In prima collectione legitur *Exoniensis*, sed male, ut ibi notavit *Antonius Augustinus*, cum Lexoviensis legatur post Concilium Lateranense p. 29. cap. 2. Eandem lectionem retinuit, tum *Gloss. ordinaria*; tum etiam *Henricus VVagnereck & alij in Comment. ad h. l. Lexovium* autem, vel, ut alij legunt, *Leobium*, vel *Lexubium*, olim *Noviomagum* appellatum, vulgo *Lisseux*, est Civitas ad Tuccam fluvium, s. levcis ab ora maris Britannici distans, satis ampla, culta & in Regione perferaci,

E
quæ

quæ inter provinciæ Lugdunensis secundæ Civitates penultimo loco in veteri Notitia reperitur. Cathedrale ejus templum S. Petro dicatum. Urbs est sedes Episcopalis, sub Archiepiscopo Rotomagensi. Hanc primi rexerunt *Eckerius, Freculphus, Rotgerius, Herbertus, Hugo, Gisbertus, Fulchenius, Johannes & Arnulphus*, qui, (ut referunt) morum sanctitate venerabiles fuerunt. Spectabile imprimis fuisse *Lexoviensis Ecclesie Collegium docet Urbanus III. P. directo ad Lexoviorum Decanum, Cantorem & Capitulum rescripto, in cap. 2. x. de donat. inter vir. & ux.* Fit etiam mentio *Lexoviensis Episcopi. in cap. 8. ext. de Offic. Jud. Ordin. Vid. Renat. Chopin. de sac. Polit. lib. 1. tit. 8. num. 22.* ubi legis alicujus Lexoviorum Canoniorum familiaris mentionem facit, qua fructus litigiôsæ Præbendæ in ærarium ædituorum templi conferebantur, quæ postea abrogata *Decreto Curia 10. Calend. Mart. anno 1557.*

POSITIO XXI.

In *Internis* (primo) notanda est *varia textus nostri lectio*, cum vero ea in illis, quas vidi, editionibus una eademque sit, excepto, quod nonnulli Canonistæ, pro vocè *institutionem restaurationem* legant, nihil observandum inveni. Succedit (secundo) *Explicatio obscurorum terminorum*, in hac occurrit Vocabulum *parochialem. Parochus*. Græcè *παροχ*, à *παρεχω*, h. e. præbere, derivatur, & in narivo suo sensu (i.) *præbendarium* significat, quo pertinet vers. *Horat. lib. 1. Satyr. 5.*

*Poxima Campani pontis, quæ villula tectum
Præbuit, & parochi, quæ debent ligna salemque.*

Alio nominè dicebantur *Copiarj*, *Facit huc l. munerum. 18. §. hi quoque. 10. ff. de muner. & honor. ubi Xenoparochiorum fit mentio, ibiq; Gothof. lit K. (2.) Suidæ Parochus signi-*

gnificat eum, qui cum sponsa in currum, uti paranympheus, ascendit. *add. autem Andreas Alciatus prætermis-
sum lib. 1. Francisc. Duarenus Disput. annivers. lib. 2. cap.
26. (3.) Parochus dicitur in nostro argumento, qui Ec-
clesiæ præest, unde corruptum verbum germanicum Pfar-
rer. A parocho est parochia, (quæ vox licet barbara vi-
deatur in antiquis tamen legibus crebro occurrit) & vul-
gò vocari solet locus, in quo degit populus, cui proprius
pastor destinatus est, ac putatur nomen inditum, ab ex-
hibitione Sacramenti Eucharistiæ. Budeus, in annotat. poste-
rior. ad l. fin. ff. de muner. & honor. & cum eo alij philo-
logi consent, rectius scribi Paræciam, quam vocem dici à
græco παροικίαν. Incola enim inquit Pomponius in l. pupil-
lus. 239. §. 2. ff. de V. S. est, qui in aliquam regionem do-
micilium suum contulit, quem Græci παράκοιον, id est, jux-
ta habitantem vocant. Ut paræcia dicatur quasi vicinia
& paræciani, quasi vicini & incole seu habitatores ejusdem
viciniæ sacre, & paræcius, quasi præcipuus in ejusdem sacra
viciniæ, seu in spiritualibus præpositus. vid. Gillebertum Luni-
censem Episcopum de usu Ecclesiastico. Parochiam appello
populum primitias, oblationes & decimas persolyentem.
Decretia Colomanni Regis Hungaria lib. 2. cap. 16. Unaquæ-
que Ecclesia circa se in proximo habeat parochiam suam.
Cæterum hæc vox latè territorium & districtum Episco-
pi significat, *can. si quis ordinatus 4. cum seqq. distinct. 92.
can. licet in regulis. 5. cans. 16. quæst. 4. add. du Fresne in
Glossar. Lit. P. voc. Parochia.**

POSITIO XXII.

Ecclesiæ) De hujus vocis Etymologia & homonymia in
explicatione definitionis dictum est. Illud tamen videtur
addendum. Ecclesiam aliam vocati Basilicam, hoc est, Re-
giam, ad quam Princeps divini officij causa venire con-
sue-

suevit. Aliam *Patriarchalem*, aliam *Archi-Episcopalem*, aliam *Episcopalem* sive *Cathedralem*, quia ibi est cathedra Episcopi, sive principalis Episcopi Jurisdictionis sedes, ut ibidem omnibus Diocesanis Sacramenta ministrari possint. Aliam *Collegiatam*, quæ iterum est, vel *regularis*, vel *secularis*, & in hac sunt plures Clerici, sive Canonici, qui tanquam membra sub uno Capite congregantur, habentque sigillum & cassam communem, aliam vocari *matricem*, quo nomine licet plerumque veniat cathedralis. *cap. venerabili 22. x. de V. S.* attamen intelligitur etiam Ecclesia inferior, quæ alias Ecclesias sibi subiectas habet, quæ nominantur filiales. *Baptismalem* aliam dici, in qua parochianis administratur baptismus, *v. cap. plures 54. caus. 16. quest. 1. add. August. Barbof. in Jure Eccles. lib. 2. cap. 1. num. 10. & seqq. cap. 6. num. 6. & lib. 1. cap. 25. num. 19.* *Parochialis* tandem appellatur, in qua populus eidem deputatur, & sub certis locorum finibus & limitibus constitutus degit, & unus Rector suo nomine & non cum aliis ad ejus Regimen assumitur cum potestate fori pœnitentialis.

POSITIO XXIII.

Respondendum) Verbum hoc accipitur vel vulgariter, & in nativo sensu responsum reddere significat. Latius deinde acceptat voce, idem est, quod (2.) *se excusare*, ut criminibus respondere, (3.) est *quadrare, convenire, æqualem esse*, ut bonitas tua respondeat iudicio meo. *Cicero lib. 14. epist. 18.* (4.) *officiis satisfacere. Tantis officiis non videor mihi respondere posse. Cicero in Epist. ad Attic. (5.) Nonnunquam accipitur pro imitari patris mores, patri respondere. ita dixit Cicero in lib. 3. de finib. Juridice, notat (1.) pro alio sponcione intervenire. (2.) Creditoribus satisfacere. 13. l. 1. C. de hered. vel actione vendit. (3.) jus ex concessione Principis, interpretari, §. 8. Inst. de jur. nat. gent.*

gent. & civil. l. 2. §. ult. ff. de O. J. l. 42. ff. de Re Jud. (4.)
 quod legem vel *constitutionem* facere, vel *sancire*, uti in
 Jure civili verbo *rescribere* aliquando Jurisconsulti usi
 sunt. *uti in l. 5. ff. de testib. & l. 31. ff. de Re Jud. l. 7. ff. de in
 integr. restit. hoc sensu hic accipitur.*

POSITIO XXIV.

Sequitur *institutionem*.) *Vox institutio* est etiam
meis 71. & ad plura eaque diversa refertur diversa signifi-
 catione. *Vulgariter* & in *nativo sensu* dicitur ab instituc-
 re, (1.) & idem est, quod propositum atque consilium. Im-
 propriè denotat (2.) actum aliquid instituendi, hinc insti-
 tutionem sacre Coenæ Theologi dicunt. (3.) Vim ani-
 mum curantem. *Quint. lib. 1. cap. 1. (4.)* plantationem,
 factionem, instaurationem significat. *arg. l. 55. §. 1. l. 7. ff.
 locat. l. 7. §. 3. ff. arbor. furt. cas. add. arg. l. 13. §. 5. & seqq.
 ff. de Usufr. & hic significatus nostri loci est. Juridice, in-
 stitutio (1.) dr. pro *libris instructionum*, in quibus prima
 legum elementa traduntur, (2.) in materia *testamentorum*
designationem heredis in primo gradu. (3.) in argumento
beneficiorum, est Ecclesiastici beneficij collatio, quasi jus
 habentem ad beneficium per præsentationem intus vel in
 beneficium statuens. *add. B. DN. D. Rebhan in Hodeg. jur.
 charz. III. Clim. 11. th. 24. in c. 20.**

POSITIO XXV.

De Bonis.) *Bona* dici, quod *beent*, hoc est beatos, seu
 fortunatos aut locupletes faciunt, legere est in *l. 49. ff. de
 V. S.* quamvis alii à Græco inusitato *ὄν*, sive ab *ὄν* sive vel
ὄν, quod curo, profum, utilitatem affero significat,
 derivent. In jure nostro *naturaliter & striete* ea dicun-
 tur bona, quæ nobis ære alieno deducto supersunt. *uti in
 all. l. 49. & l. 39. §. 1. ff. eod. nec continentur, quæ plus
 incommodi habent. Late verò & civiliter, ut bona cum
 universa sua causa & consequentia designent, l. 1. §. 10. ff.
 si quis*

si quis testament. lib. esse jus. l. 119. ff. de V. S. l. 3. pr. ff. de bon. poss. l. 14. §. ult. ff. ad St. Trebell. In nostro textu videntur intelligi redditus, ex bonis Ecclesiasticis à parochiales Ecclesias habentibus percepti.

POSITIO XXVI.

Sequitur *tertio formatio casus*, qui nec difficilis neque longus esse videtur. Lexoviensis Episcopus ad Alexandrum III. P.M. scripsit, in Ecclesiis parochialibus sui Episcopatus quædam ædificia sacra vel vetustate, vel aliis de causis collapsa seu ruinam minitantiæ reparatione & institutione egerit, quæstionem inde motam, utrum parochi quoque ex redditibus, quos ex bonis Ecclesiæ perceperunt, conferre debeant. Ad has literas Pontifex generalem sanciendo constitutionem respondendum duxit. *quod illi, cum opus fuerit, de bonis, quæ sunt ipsius Ecclesiæ, si eis supersint, ad reparationem & institutionem Ecclesiarum conferre debeant, ut eorum exemplo ceteri invitentur.*

POSITIO XXVII.

Quartum locum occupant Rationes dubitandi, & ex verbis textus, cum opus fuerit sequentes fluunt (1.) Quod in Ecclesiæ constructione Episcopus loci proventus, qui ad luminaria, custodiam, custodumque stipendia, & onera Episcopalia solvenda, sufficientes statuerit, & si tali sine dotatione Episcopus ædificari permiserit, ipse obligetur. *can. nemo. 9. can. pia mentis. 26. caus. 16. quæst. 7. junct. cap. 4. x. de præbend.* Inde nulla obligatio adversus parochos oriri potest (2.) quod jure Canonico ex redditibus Ecclesiasticis quarta pars, tanquam sufficiens fabricæ assignata fuerit, & plerumque constituti æditui, qui quartam illam partem fideliter asservent & diligenter expendant. *cap. quatuor. can. de redditibus. can. videntes. caus. 12. quæst. 2.* Videtur igitur, nullum casum existere posse, in quo Rectores Ecclesiarum ad reparationem cogi deberent. (3.) Quod reparatio Ecclesiarum ad Principem potius quam ad

ad Clericos spectet. *can. fin. dist. 97. (4.)* Quod ad populum pertineat reparationis hujus onus. Ita enim constituit Eugenius Papa in *Synod. Roman. can. 25. Ecclesia & qualibet pia loca adjacentia proprio dispendio restaurentur, non sufficiente vero, necessaria à populo plebis auxilientur.* (5.) Ratio dubitandi, quod hoc responsum fuerit constitutio personalis. Uti enim *Renatus Choppinus de sacr. polit. lit. 1. tit. ult. n. 22.* testatur, Lexovientes fuere attentione ad sacrarum ædium fabricam, ad abusum quoque; quæ ad consequentiam non videtur ducenda per §. 6. *Inst. de J. N. G. & C.*

POSITIO XVIII.

Rationes Decidendi desumuntur ex textu (1.) quod hæc bona dicantur Ecclesiæ, cum igitur emolumentum hoc habeant Rectores, æquum est, ut etiam onus reparationis sustineant. *arg. l. un. §. pro secundo. in fin. & §. ne autem. vers. sic nec talis. C. de Caduc. toll. & l. secundum 10. ff. & cap. 77. de R. I. in sext.* (2.) quod inter præcipua bona Ecclesiæ referantur decimæ, quibus conservationis ædium sacrarum inhæret onus, cum quo tanquam reali illæ ad quemcunq; successorem transeunt. *arg. l. si me & Titium. 33. ff. si cert. petat.* (3.) ex verbis, *si eis supersunt*, notatur, esse usufructum quendam, cujus natura est, ut usufructuarius ædificia facta tecta conservet. *l. eum ad quem. 7. C. de usufr. l. 7. §. hæcenus. 2. ff. eod.* (4.) Quia quicquid Ecclesiæ ante Episcopi consecrationem fuisse cognitum, vel in Episcopatus ordine acquisitum est, in Eiusdem Ecclesiæ dominio conservandum *in cap. 1. X. de Testam.* (5.) Ut collatione Prælatorum, tanquam bono exemplo, ad idem onus suscipiendum parochiani invitentur. Nam leges non dedignantur aliquando exemplis judicari. *arg. l. 18. & ibi Gl. ff. de LL. Gl. in Cap. fin. dist. 20.*

POSITIO XXVIII.

Ad *Rationes Dubitandi supra allegatas* difficiles non sunt rationes Respondendi. Ad primam enim respondeo, quod res mundanæ non semper in eadem bonitate, eodemque statu manent, sed mutationi obnoxia, quapropter non mirum, si, bonis Ecclesiæ amissis, vel deterioratis, quæ ordinariæ reparationi quondam suffi-

sufficiebant, ad subsidiarium remedium perveniendum sit, *Ad secundam*, quod illa non obstat, imo magis confirmet, quia textus allegati loquuntur de ordinario reparationis remedio, quo sufficiente, extraordinario, de quo in nostro capite, locus non est. *Ad tertiam*, Quod Princeps, boni atque religiosi Principis officium expleat, si, nullo Aerario ecclesiastico existente, collectis parochianorum ædificia contrita atque consecissa restauret, novaque ædificet, & nisi evidens appareat necessitas, vel onus manifestum sit, parochos non oneret. *Ad quintam*, quod, cum bona, quæ Clericis supersunt, Ecclesiæ sint, *sub verbis proprio dispendio restaurentur*, contineantur. *Ad ultimam*, Objectionem non valere, posito etiam ab initio constitutionem personalem fuisse, attamen postquam juri Canonico inserta invenitur, generalis legis vim habet.

POSITIO. XXX.

Questiones, Analytin textus alicujus quasi obsignant, quæ autem occasione hujus capituli à Doctoribus moventur, præcipuæ sunt.

1. An Constitutio hæc, Canonica juri Divino & Naturali conveniat? *R. Aff.*
2. An id, quod de habentibus Ecclesias Parochiales in hoc textu constitutum, ad habentes alias Ecclesias vel inferiora beneficia extendendum? *R. Aff.*
3. An conventio parochi cum parochianis circa ædificationem Ecclesiæ facta obliget quoque suos successores in officio? *R. Neg.*
4. Utrum transactio parochianorum cum omnibus suis solemnitatibus cum Præfecto Fabricæ Ecclesiæ facta, successores quoque illorum obliget? *R. Aff.*

A X I O M A T A.

1. Qui habent parochiales Ecclesias ad reparationem & institutionem Ecclesiarum cogi non debent.
2. Quia Rectores Ecclesiarum necessariis alimentis se privare non tenentur, ut redditus suos in fabricam, vel aliam piam causam convertant.
3. Quæ bona Ecclesiæ supersunt Rectoribus, ea ad reparationem & institutionem Ecclesiarum conferre, pium, æquum ac justum est.
4. Exemplum Parochi laudabile, cæteri, tam Clerici quam Laici, imitentur.

SOLI DEO GLORIA.

ULB Halle
003 594 807

3



Sb







1680.

608y.

1702y 5^a
19

I. N. J. F. D. J. S. M.
DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA,
DE

SUBSIDIARIA
ECCLESIARUM
REPARATIONE,

juncta analysi

Cap. de his IV. extra de Eccles. Ædif. vel Repar.

Quam
ADSPIRANTE DIVINA GRATIA

Ex Decreto & Auctoritate

MAGNIFICI, NOBILISSIMI & AMPLISSIMI
J:CONSULTORUM ORDINIS

In Illustri Argentoratensium Universitate

PRÆSIDE

DN. VLRICO MARBACHIO,

U. J. D. Codicis & Feudalium P. P. Ord.

& Facult. Juridicæ Seniore,

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure Honores & Privilegia

Doctoralia legitime consequendi,

SOLENNI Eruditorum Examine
submittere voluit.

HENRICUS SAINCTLO, Selestadiensis,

D. 20. M. Decembris A. O. R. M DCC II.

Horis locoque solitis

ARGENTORATI,
Ex Officinâ JOSIÆ STÆDELII, Acad. Typogr.